



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 90119266**

§. 48. Pontificis querelæ contra præfati Regis Ministros Turnonio Cardinali infestos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

Sæc. XVIII. „mationis, sed etiam (quod longe gra  
 „vius est) animæ tuæ periculo, cu  
 „gravissima certe labes inureretur, ubi  
 „ejusmodi nefaria scelera a Te jam re  
 „scita, & probe comperta vindicare  
 „negligeres, aut differres, eorumque  
 „proinde culpam haud dubie in districto  
 „Dei judicio sustineres. Ceterum spe  
 „ctata religio, atque justitia tua, imo  
 „etiam, quam in tuis literis luculentè  
 „profiteris, eximia, ac prorsus filialis  
 „in Nos, & hanc sanctam Sedem De  
 „votio nos dubitare non patitur, quin  
 „omni ope curaturus sis, ut eorum  
 „dem criminum Authores, & confici  
 „meritis quamprimum coerceantur po  
 „nis, & ad exhibenda Legato Pontifici  
 „cio ea honoris publica argumenta  
 „quæ irrogatis contumeliis sarcienti  
 „apta existimaveris, compellantur.

## §. XLVIII.

*Ejusdem querelæ contra præfati Re  
 gis Ministros Turnonio Cardi  
 nali infestos.*

*Epist.  
 Clem. XI.  
 pag. 1591.*

Postquam vero Pontifex Cardinalis  
 Turnonii obitum haud parum per  
 Lusitani Regis Ministros promotum  
 fuisse compererat, acerbe questus, die  
 decima nona Septembris has ad Regem  
 dedit literas: „Quod superioribus die  
 „bus

„bus perlatum ad Nos fuit, tristissimum *Sæc. XVIII.*  
 „nuncium acerbi sane obitus piæ re- *A. C. 1710.*  
 „cordationis Caroli Thomæ S. R. E.  
 „Cardinalis de Turnon Majestati tuæ  
 „jam pridem innotuisse pro comperto  
 „habemus, nec plane ambigimus, quin  
 „eo Te affecerit gravi mærore, quem  
 „a piissimi Regis animo jure postulat  
 „jactura, quam fecit Ecclesia, Cardi-  
 „nalis meritissimi, omnique Christiana-  
 „rum virtutum laude præstantis. Ve-  
 „rum eo in primis nomine ejusmodi  
 „casum moleste tulisse debet Majestas  
 „Tua, quod, ut publicus jam & pro-  
 „fecto non incertus fert rumor, ingen-  
 „tes eidem Cardinali jam pridem, dum  
 „in carcere Macaonensi detineretur, ab  
 „Officialibus tuis irrogatæ injuriæ, ac  
 „contumeliæ plurimæ, de quibus sæ-  
 „pius alias ad Te scripsimus, sicut ipsum  
 „extremas in angustias conjecerunt,  
 „ita non parum ad *ejus necem* contule-  
 „runt. Vides itaque, quid extincto  
 „Cardinali debeas, cujus sanguinis  
 „vox clamat ad Te de terra. Vides,  
 „quid Divinæ, humanæque leges, quid  
 „Sacrum Cardinalium Collegium, quid  
 „sancta hæc Sedes, quid Orbis demum  
 „Universus, cujus oculi conversi in Te  
 „sunt, a Majestate Tua modo flagitat,  
 „& expectat. Nos certe cum ipsa per  
 „se caussa abunde loquatur, ad ea  
 „quæ

quæ

Sæc. XVIII., quæ Tui muneris in præfens sunt.  
 A. C. 1710., longiori oratione Te incitare superfe-  
 demus: non dubia freti spe, quod  
 „ultro ac libens ea suscepturus sis con-  
 „filia, quæ celeri ac memoranda in  
 „fontes animadversione, ac insuper ea  
 „quæ defuncti Cardinalis nomini ac  
 „memoriæ tribui poterit, reparatione  
 „testatum omnibus faciant ea omnia  
 „quæ Macai in ipsum admiffa sunt.  
 „quæque ab universis Christi fidelibus  
 „summo cum horrore, ac execratione  
 „audita fuere, nihilo secius a Majestate  
 „Tua improbata, damnata, & quod  
 „caput rei est, merito ac graviter vitu-  
 „dicata fuisse. Ceterum quod attinet  
 „ad memoratam reparationem illud  
 „persuasum Tibi esse cupimus, nullam  
 „prædicti Cardinalis memoriæ gratio-  
 „rem, nullamque itidem Nobis acce-  
 „ptiorem exhiberi a Te posse, quam  
 „cum omnem tuæ Regiæ Authoritatis  
 „opem contuleris, ut ea, quæ tam a  
 „Nobis, quam ab ipso de Ritibus &  
 „cæremoniis Sinensibus decreta fue-  
 „runt, quavis sublata mora, debitæ  
 „executioni demandentur, quemad-  
 „modum aliis nostris literis enixe ro-  
 „gavimus, ac iterum majori, quo pos-  
 „sumus animi studio rogamus Majesta-  
 „tem tuam, &c.,